

7594 rep. prope Albam inter vicos S. Stephani et la Montà DURANDIUS, quod quominus reiciatur, obstat MATTIUS auctor locuples infra citatus collocans titulum hunc 'ad aram templi Montatae'. Taurinis in hortis castelli GUICH.

D·FLAVIO·M·F·PATRI
L·FLAVIO·D·F·SVPERO
MIL·COR·VIII·PR
IRTVLEIAE · Q · F
5 CLEMENTI · VXORI
FLAVIAE·D·F
MODESTAE·F
D · FLAVIVS · D · F
POL · FRONTO
10 T · F · I

1 FLAVIN pro FLAVIO cod. H. — 2 i·FLAVIO·M·F cod. H. — 3 COH Dur. contra Mattium et reliquos. — PR (ex RR corr.) cod. H. p·R Pict., PAR Guich. — 4 IRVLLIAE Dur. — 7 MODETAE cod. H. — 8 in. d om. Guich. — 10 T·P·I cod. H.

Meminit tituli Mattius orthogr. (1598) p. 7 scribens 'in lapide antiquo ad aram templi Montatae, quod est oppidum agri Hastensis', CORS legi pro COHORS. Referunt Guichenon 1, 72 (inde Mur. 815, 2; Promis p. 383 n. 158); Pictor Taur. f. 20; cod. Taur. H. IV. 24 f. 2'; Durandi Piem. Cisp. p. 292. Hic unde traxerit, nescio; nam neque ex Guichenonio sumpsisse potest, cum inde loci indicationem cognoscere non potuerit, neque ex ipso lapide CL annis antea asportato Taurinos. A prioribus Muratori Asti n. 14 = 15.

7594a trovata a S. Grato di Monticelli a 2 m. da Pollenzo, ora nel R. Collegio di Moncalieri BRUZZA.

| D | M |
|----------|-------|
| | ascia |
| COMINI | AE |
| LIANI | VEQ |
| 5 VASIA | PL |
| OTINIANA | |
| MARITO | |
| INC | N |
| PARAB | |
| ILI | |
| s F s | |

Bruzza misit.

XCVIII. ALBA POMPEIA (*Alba*). *Tribu Camilia.*

Albenses titulos descriptos habemus saec. XV exeunte cum apud alios eius aetatis auctores tum maxime in auctario Marcanovae GAVOTI Savonensis (v. p. 771). MATTIUS quos edidit (1598), ex lapidibus quidem excepti sunt, sed adsunt omnes etiam apud Gavotum; idemque valet de Franc. Augustino CHIESA. Addidit quaedam adhuc ignota GUICHENONIUS (1660), qui in his auctorem non adscripsit. At Paulus BRITIUS episcopus Albensis, cuius est 'Albae Pompeiae succinta descriptio' (Ang. Taurinorum 1661. 4. pp. 18), praeter vulgaria quae protulit tamquam Albensia, ea arrepta ex Pingonio et Gioffredo Taurinensibus et Cemenelensibus mala fraude suffuratus est. Fraudes deinde a DURANDIO prolatae, sive ipsius sunt sive Meyranesiana, Albam vix attigerunt (v. n. 862*); sed alium sibi praeconem in his quaeasivit MEYRANESIUS Durandio ut honestiorem et eruditiorum, ita non minus facilem et credulum Iosephum VERNAZZAM. Is anno 1787 commentaria duo edidit ad Albam pertinentia, alterum de Germani et Marcellae ara sepulcrali (vide ad n. 7605), alterum inscriptum 'Romanorum litterata monumenta Albae Pompeiae' (editum quinquaginta solis exemplis Augustae Taurinorum 1787. 8. pp. 103, repetitum in honorem nuptiarum Busca-Riccardi Albae a. 1856), in quibus quae leguntur genuinae, numero longe superantur inscriptionibus 'servatis a Berardenco'. Christianae aetatis quas ei misit Meyraneus, et ipsas, si credis, exceptas in itineribus a Berardenco saeculo XV, ipse Vernazza fortasse edere noluit propter dubia postea sibi nata, certe non edidit; edidit eas post multos annos ex schedis Vernazzae Gazzera (act. Taur. ser. 2 vol. 11 a. 1851 p. 134—153) adiecta epistula de ea re ad Vernazzam a Meyraneo data d. 13 Aug. a. 1779 (act. Taurin. ser. 2 vol. 17 p. 13). De ipsius Vernazzae sincera fide nec dubitavit quisquam nec dubitabit; vere ipse (bibl. lapid. ms. p. 11) de Berardenco illo verba faciens *di tale raccolta*, inquit, *conservatasi tre secoli ora non si sa più novella*. Ben è vero, che *il Meyraneo, il quale ne possedette l'originale, comunicò a me le iscrizioni di Alba . . . Ma io non posso dar certezza di altro se non di aver copiato fedelmente gli esemplari ch'io n'ebbi*. Eiectis his ad unum omnibus (neque enim quiequam bonae frugis in tanto numero inest) epigrammata Albensia ut pauca, ita casta et intemerata reperientur. Post Vernazzam quae accesserunt de iis seorsum praefari nihil attinet. Nam Iosephi CAPPELLI liber (*notizie storiche della città d'Alba* Taurin. 1788. 12 pp. 115 fasc. primi et unici) Vernazzianis nihil addidit. Addidit quaedam Vincentius DEABBATE *della villa di Marte, casa e lari dell' imp. Pertinace* (Albae 1818. 4. pp. 382, item inscriptum *studj geniali* I. 1),

sed in his male facta (v. n. 881*. 882*) propter imperatorem Pertinacem videlicet Albensem.

Alba Pompeia (sic Plinius 3, 5, 49 et Ptolemaeus 3, 1, 45 et alibi passim) urbs quae dicitur, antiquum nomen hodie retinet. Cives eius appellantur Albenses Pompeiani (Plinius h. n. 17, 4, 25: *cretam in Albensium Pompeianorum agro et argillam cunctis ad vineas generibus anteponunt*; cf. Orell. 2179). De origine non constat, nisi quod nomen traxit a Pompeio aliquo pariter atque Laus, fortasse, sicut ibi (p. 696) diximus, a Cn. Pompeio Strabone cos. a. u. c. 665. Nec magis opinor errabit, qui oppidi originem coniunget cum munitione viae Taurinis Aquas Statiellas, quam viam supra p. 850 rettulimus per Albam transisse. Ex hoc oppido originem traxit imperator P. Helvius Pertinax teste Dion 73, 3: ἦν δὲ ὁ Περτίναξ Λήγυς εἰς Ἀλβης Πομπηιας. Cf. vita c. 1: *natus est Pertinax in Appennino in villa matris*, ubi Cluverius p. 85 restituit *in villa patris collato c. 3: iussus est . . . in Liguriam secedere in villam paternam*, alii praetulerunt *in villa Martis*, de qua villa deinde Albenses multa proposuerunt gloria magis quam vera. Stirpis eius ignobilis titulos memoriam non servasse mirum non est; sed non magis meminerunt eorum, in quorum clientela Helvii hi fuerunt quorumque in agro natus esse dicitur, Lolliorum Gentiani et Aviti (Victor epit. 18, 4. Vita 1). — Tribum Albensium Camiliam tituli multi habent etiam extranei ut Millesimensis n. 7553 et Niciensis n. 7922 et urbanus Grut. 552, 1, in quo est Q. Manlius Q. f. Cam. Severus Alba Pompeia (idem homo nominatur in Africano *Annuaire de Constantine* 1867 p. 397: *Iovi Au[g. sac.] dedicante C[onsilio] Fla[bus] leg. Aug. pro [pr.] Q. Mantius Q. f. Cami. [Severus] Alba Pompeia et leg. III Aug. p. 8.) et Lambaesianus Renierii n. 4 . . . s C. f. Camil. Memo[r] Alba Pompeia. — *Municipium Alba Pompeia* est in titulo n. 7153; *curator r. p. Alb(ensium) Pompeianorum* in suburbano Orell. 2179; *Ilvir* in n. 7605. 7606, *aedilis* in n. 7605. 7606. 7607. 7608, *quaestor* in n. 7605. 7606. 7608, quod officium observa interponi inter duoviratum et aedilitatem; *flamen divi Augusti* in n. 7605, *Ilvir Augustalis* in n. 7602, *Ilvir* in n. 7609, *collegium centonariorum Alb(ensium) Pompeianorum* in n. 7595. — Non comprehendimus hoc capite nisi titulos proprie Albenses, seorsum propositis repertis in agro, qui late patuisse videtur ad orientem et septentrionem, cum ad occidentem et meridiem oppida Pollentia et Augusta Bagiennorum ad Albam proxime accendant.*